

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XLIV

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)



non potest, v. 15. sequente, vocem צאן de *pecude* quavis intelligi, licet alioquin de *ovibus* et *capris* capi soleat, ut Gen. IV, 2. ubi צאן רעה *pastorem pecudis* generatim designare videtur, quoniam illi contradistinguitur עבר ארמה *agricola*.

§. XLII.

P. 143. כרייה. Apud Arabes כראה est *diploma regium*, quo alicui immunitas, aut privilegium alicujus rei *conceditur*, sub radice כרה *secuit*. In omni *fœdere* autem continetur mutua *promissio*, certis *præceptis* observandis præstanda; hinc כרייה *fœdus*, seu *pactum* designat, quo *caput* fœderis alteri ipsi, vel æquali, vel inferiori aliquid boni *promittit* sub ea *lege*, ut *præceptum* aliquod observet: alter autem *promissum* accipit, seque ad *præceptum* observandum mutua *promissione* obligat. Hinc in sacris pandectis hæc vox sumitur de *promissione* Num. XVIII, 19. 2 Sam. XXIII, 5. de *præcepto* etiam Jerem. XXXIV, 15.

§. XLIII.

Voci כרה p. 146. præmittenda est radix inusitata כרה *cujus* significatum præbet arabicum כרה *in particulas* concidit; unde כרה *vox chald.* *verum*, adverbative quasi *concisio* præcedentis orationis. l. cit.

§. XLIV.

P. 148. כרוש descendit a radice inusitata כרש *ab.* כרש *durus fuit*. Inde כרוש generatim *lignum*

figum d
cies, v
runt. Na
longum
compact
ש רענ
pabulo
chivs
לרא. l
24 per
10, per
rur est,
rosione
multum
chaldai
פארס,

P. 1
et Chald
duplex
balsam
segola
Exod.

P.
præf.
כרש
autem

lignum durum, speciatim vel *cedri* vel *cupressi* species, vel *fraxinus*, ex qua hastæ confici poterunt. Nah. II, 4. græcis *μελία*, ab ar. מְלִיחָה in longum tempus duravit, quod de lignis duris et compactis dici potest. Hof. XIV, 9. dicitur כְּרוֹשׁ רֵעָנָה *fraxinus, viridis, frondosa, foliosa*, pabulum præbens apibus ad *μέλι*, sicut HESYCHIUS auctor est, esse γένος δένδρου, ὄθεν τὰ μέλιτα. A LXX. varie redditur, ut Ef. XXXVII, 24. per *κυπάρισσος, cupressus*; 1 Reg. VIII, 5. IO. per *πῆυκος, pinus, larix*, cujus succus amarus est, adeoque a vermium infestatione, et corrosione immunis, quod ad diuturnitatem ligni multum confert. Idem vero est בְּרוֹתַת forma chaldaicæ. Nam Cant. I, 17. LXX. est *κυπάρισσος, cupressus*, species *cedri durissimæ* potius.

§. XLV.

P. 150. כֶּשֶׂם radix inusitata; apud Syros et Chaldæos כֶּשֶׂם *gratus, et suavis fuit*. Vnde duplex forma, una כֶּשֶׂם *kamezata, aroma, balsamum*, unde כֶּשֶׂם Cant. V, 1. altera כֶּשֶׂם *segolata*, idem Exod. XXX, 23. et כֶּשֶׂם Exod. XXXV, 28. Ef. III, 24.

§. XLVI.

P. 151. כֶּשֶׂם *tardatus, cunctatus est*. Part. præf. כֶּשֶׂם *cunctans, morans*. Apud Arabes כֶּסֶס est *leniter propulit, vel fecit quid*. Qui autem lente quid facit, *cunctari* censetur.